
Zachar. Ursinus.

Epistolae

No. 111.

1.



S. Clarissime & praestantissime Vir, Due & amice reverenter co-
lende, pudet me, quod pagellas quas mihi dabas, ut scholia
ascriberem, tam sero tibi remitto. Sed profecto non defuit
mihi voluntas tibi quam primum gratificandi, verum perfi-
ciendi, quod coeperam tempus succisivum non potui citius
laboribus eripere. Spero igitur te veniam mihi daturum, praesertim
cum tu melius causam intelligas, quam explicari a me potest,
ac libellus sit eiusmodi ut videatur ab eo non multum esse peri-
culi. Totus evanescit in suo isto signo invisibili, quod com-
miniscitur esse Corpus Christi, attribuens ei, quae panis &
vini sunt officia & usus. Hoc si quis ei neget, totus concidit.
Idcirco tam saepe hoc inculcandum fuit volenti ipsius vani-
tatem & inscitiam notare: vix enim aliud est, quod toties
ingerant veluti Crambem non bis, sed centies repetitam.
Carta bibula est; ideo scriptum perfluxit, ut verear an
possit expedite legi. Curassem hic describi: sed tempus ne
ad relegenda quidem habui, quae sexcenties interruptis
cogitationibus & deletis ex animo, properantissima opera
effudi potius quam scripsi, ut rudis quaedam quasi mate-
ria cusa esset volenti aliquid respondere. Si describi vo-
les, alicui committendum erit, qui norit legere ex sensu & serie
rerum, sicubi scriptura est vel deterior vel obscurata: & prae-
mittenda erunt singulis scholiis verba libelli, quibus illa
sunt addita: nam alioqui non intelligerentur, nec appare-
ret quorsum tenderent. Non dubito te scire, Impera-
torem implorasse etiam viri Principis operam ad impetran-
dum filio regnum Polonicum: Dr. Chemnitium ad Comitia
Varsoviensia esse missum, in quibus suscipienda erit ele-
ctio, die VI Aprilis. Deus faxit, ut fiat quod expedit
paci publicae & Ecclesiae. Vale feliciter. 13 Mart. 73.

Si legi non possunt scholia: potes mihi remittere: Libenter curabo hic describi.

Praest. Tuae observantiss.

Zach. Ursinus.

Zach. Ursinus.

Urs. (Verf. des Heidelberger Katechismus)

Clariss. viro, nobilitate,
virtute, doctrina prae=
stanti, Dn. Johanni
à Glauburg, Iuriscos.
Dno ac fautori suo re=
uerenter colendo.

16 Marij
Zacharias Ursinus

zwinglianos opprimendis armis, 2m Argtm: qa seditiosi:
& mali templi. Dubitantur respondet videt an seditiosi.
Neganda Minor & [illegible] maior, q[uia] [illegible] subditi qui
vel scelerati magistratus [illegible] se defendunt armis, seditiosi
Cum tum demum, quando ut nulla injuria afficiantur, [illegible] et
tur pati, non autem facere aliquid iniustum iubent. Hi
aut iubent, ut idola colere et pati et omnes interficiunt.
Hic si sunt magistratus et aequales, et inferiores, vel
consensus populi, habens huius vires ad defensionem, tenentur tyran-
nicae saevitiae resistere, & gloriam Dei, suam & innocentium
[illegible] subditorum & fratrum vitam tueri: non
minus quam si quod externum latronem [illegible] et tyrannum: quia
magistratus degeneravit in tyrannum atrocem
hoc licet & cum Deo pugnat: nec minus est contra
magistratus finitus. Sic Nabuchadnezar furens
[illegible] deponebatur de regno. Athalia tollebatur
& Joiada & principes, ex officio. Herod. & Senatus
deponatur ex omnibus religio [illegible] quia volet tyrannus [illegible]
interficere. Si magistratus vagaretur per domos &
[illegible] interficeret sine ulla causa [illegible] sine ordine, sine
quos vellet, aut [illegible] raperet & stupraret matronas &
virgines, & plecti [illegible] noxios magistratus popularet
subditos gestare & [illegible] abstinere ab armis, sine
dubio scelerantissimus essetque esset, quia licentia illi grataret.
Non enim auctoritate magistratus DEUS voluit eo [illegible]
licentiam sine ullis metis & repagulis laxatam saevitie-
-i [illegible] & libidine & furore diabolico in miseram
genus humanum, in uxores & liberos, aperto in
[illegible] Satanae Christi [illegible]. Neque frustra
consilium & arma dedit populo & inferiori ma-
gistratui. Hoc igitur tum fuit licitum solidis
animis officium, quod fuit saepe defensionem sui &
subditorum, quin immanitate tyrannorum.

pessimi exempli. In inverso. Bonum esset si tyrannos coercerent, ne alii imitentur: pessimum esset, quodsi illis licentia infinita: peius: eam etiam a viris politicis et Theologis defendi. Cum hoc dicunt: videntur ipsi et sibi male conscii esse, ut animo concipere tyrannidem, ac proterve se eximere legibus et periculis, si similem licentiam grassandi sumpserint.

Ad argumentum, de bello exteris non inferendo: non turbandis ipsorum regnis: non obtrudenda religione. Videtur ~~[illegible]~~ auxilia omnia damnare. Distinguendum.

1. Nulli bella inferuntur ut religionem veram suscipiant, neque hoc faciunt subditi et alii iuvantes. Hic valet regula, religionem non propagari armis.

2. Si vero tyranni bella inferant iis qui ~~[illegible]~~ sine bello religionem veram sunt amplexi, recte fit, quod vires huic, se et suos defendentes, ut ~~[illegible]~~ iniuste oppugnatos iuvantes: Ex regula: quod tibi vis fieri, quod vellemus aut ~~[illegible]~~ simili ~~de~~ causa oppugnati alios, si possent opitulari. Ergo item illis debemus.

3. Debet autem opitulatio consideratione fieri, quod sine suo et suorum manifesto periculo et exitio facere possint. Cura enim maior non habenda quam exterorum: Si potest servare utrosque: recte fit: sin minus, suos potius debent servare, quam alienos. Ex regula: qui non habet curam domesticorum, infideli deterior.

Applicatio ad hypothesin. Subditi in Gallia et Belgio non moverunt neque faciunt bella hoc fine, ~~[illegible]~~ ut ut suis regibus vel cuiquam ~~[illegible]~~ certam religionem obtrudant, sed tantum ut ipsis eam confitentibus liceat vivere; neque detrectant ~~[illegible]~~ in cruce et servitute externa vivere. Hoc igitur

populatur in regibus ~~aut [illegible]~~ exteris aut subditis esse ut ~~alt~~ religionem veram ~~[illegible]~~ suis regnis suscipiant aut negent: Sed cum ut eos ~~ipsi~~ qui desiderant cum illis, ~~[illegible]~~ vicinos & ~~[illegible]~~ [illegible] suos, similiter tyrannice: Hoc non est propagare religionem armis. Sed verbo & Spiritu Dei propagatam, armis contra tyrannos tueri.

Pretextum illicitum ~~defect~~ possibilis contra tyrannorum saevitiam non est.

Calamitates non ex privatis publicae fiunt: quia iam antea sunt publicae: dum tyranni totas Ecclesias funditus eradicare volunt. Et Christiani alij aliorum malis tanquam suis affici debent.

Posteris non eripitur spes melioris sortis: sed confirmatur ipsorum animus ad constantiam confessionis: obtinetur aliquid quod ad ipsos transmittatur, repressa tyrannide. Persequutio non otiosa fit pijs & electis religionem: quam sciunt dictum esse. Non veni mittere pacem, sed gladium. Est ergo hic paralogismus accidentis cavendus.

Argumentum de non evertendis suis rebus ut invadantur alienae est verissimum. Ideoque est opus Christiana prudentia, ut consideret, quod opem ferre alijs ~~pt~~ velit, quam opem ferre ipsis valeant, sine summo periculo & damno.

De eo, quod Galli & Belgae dicuntur excitasse bellum civile, ipsos etiam audiendos & historiam considerandam puto. Bellum excitat is qui ~~prior~~ prior infert, ut tyranni faciunt: non is qui suscipit possibilem defensionem sui vel suorum contra atrocem tyrannidem.

De eo item, quod religio non propaganda armis, notantur,
quod tamen defendenda a magistratibus, et quod aliter non
potest quam tyrannos. Si enim bello defendere licet
res et corpora, quanto magis verum Dei cultum? Sed
inferentur non et bella magistratibus aut externis, causa ~~ca~~ religionis.
Exemplum Pauli recte adducit. Sic Constantinus. Sic Maccabaei.
Quae autem est licita defensio: tam civium ~~[illegible]~~ suorum et suorum
detrimentum licet adiuvare etiam externis.

N. Si Helvetii iuste expulserunt Tyrannos: Cur istis
non licet se defendere saltem, ~~[illegible]~~ tyrannidem
non minorem?

Traianus: Hoc utere pro me, si iuste imperavero: Contra me
si iniuste.

S. Generose Comes, colloquutus sum cum Cratone
Streithovio de studijs ipsius. Videtur mediocriter
didicisse initia doctrinarum, quae Statuta & scopus
huius scholae requirunt in ijs, qui inter alumnos Illu-
strissimi Principis in ea educandi sunt. Fert etiam
prae se modestiam homine liberali, & praesertim Eccle-
sijs aut Scholis servituro dignam. Etsi igitur pro-
pter penuriam idoneorum hominum ad Ecclesiasticas
& scholasticas functiones in Palatinatu, non sine
singulari concessione Illustriss. Principis, perpauci hactenus
in collegium hoc recepti fuerint, qui suo sumtu, aut
Palatinatui non servituri hic viverent: accedat
etiam nunc luis & migrationis periculum, ob quod
mallent omnes, qui collegij curam gerunt, illud releva-
ri quam repleri magis: tamen & Illustriss. Principis &
Senatus Ecclesiastici, a quo adolescentes hic recipi solent,
ad gratificandum Vrae Magnificentiae, voluntatem prom-
tam fore non dubito. Quod ego, pro mea tenuitate
in hac atq. alijs rebus, officij praestare potero, omni
studio & observantia sum facturus. Feliciter Vale.
Die II Septembr. An. LXXIIII

Generosae Magnificentiae Vrae

observantiss.

Zacharias Ursinus.

Generosiss. Dno Ludovico à
Seine, Comiti in Witkenstein,
Dno in Homburg. etc. Dno
suo omni observantia
et subiectione
colendo.

Generosiss. Comes, conieceram in paginam utram aliquam alteram, quasi scholia, ad illa scripta, quae Magnificentia tua mihi dedit: sed expoliendi & describendi, ut commode legi & intelligi posset, tempus non habui. Haec est praecipua morae caussa: quamquam sunt etiam nonnulla, quae non libenter scribo: nonnulla, quae prorsus non scribo. nam cum omnia sunt ἐπισημασίας. Si igitur Magnificentia tua potest mihi dicem unum aut alterum dare ad se describendum, mittam, quae scribi possunt. Nam aliis describenda non libenter do: sin mavult, ut ipsius αὐτοσχεδιάσματα legam, permitto id consilio & voluntati tuae. M. T. scholiaster valeat. Natalitiis Servatoris, millesimis quingentesimis septuagesimis quintis.

M. T.


obsequentiss.


Zach. Ursing.

Remitto scripta: quae apud me nemo vidit: nec vellem multos aut quoscunque videre.

Generoso Dno. Dn. Ludovico
à Seine, Comiti in Witgenstein,
Dno in Homburg. &c. Dno
suo ob studio & subiectione
observando.

4





65. 15 Jun.

Blasius. an. 4. Pr. 20. 9 Aug.

In Graecis ~~[illegible]~~ mediocriter. Gr. dial. se intelligere.

Boquinum. Hermann.

65. 13 Aug.

Wolfhium.

an. 4. mens. 5.

Audivit Dial. et Phys. integre.

In lingua Lat. satis mediocriter. et in ceteris.

lam. Ciceronis. physica. Hermannus.

26 7bre.


Melchior Thomas, Ilsteldensis

6 mill. hinc. apud Brakenheim

Tubingae 2 an. familia nobile Saxonis

natus annos 23

D. Zach. Ursini manus.



Compendiosa eXegesis doctrinæ de Satisfactio-ne Jesu Christi Conradi Vorstii manuscripta.

Initio sciendum est, non negari à me Satisfactionem Jesu Christi, sicut
nonnulli de me suspicantur. Nam tametsi in S. literis nihil diserte

Confessio de Satisfactione Christi.

scriptum est de Christi Satisfactione: fateor tamen, eam rectè colligi ex
iis Scripturæ locis, ubi Christus dicitur seipsum dedisse λύτρον et ἀντί-
λυτρον pro nostris peccatis; item ubi dicitur passus ac mortuus esse
pro nostris peccatis; denique ubi dicitur peccata nostra seu languores nostros
portasse ac bajulasse, nosque ab eorum reatu suâ obedientiâ redemisse &c.
Vide Matth. 20. 28. 1 Tim. 2. 6. Esa. 53. toto ferè capite, 1. Pet. 1. 18. & 2. 24.
Hactenus igitur nulla est controversia, quatenus agnosco & glorior, Jesum
Christum perfectâ suâ obedientiâ, quam Deo Patri præstitit usque ad mor-
tem crucis, omnibus sibi obtemperantibus promeruisse remissionem peccatorum &
vitam æternam: sicut videre est Rom. 5. 12. & seqq. Heb. 5. 7. 8. 9. & passim.
Omnis autem quæstio est de necessitate, de modo, deque fine seu fructu
Satisfactionis: quæ capita paulo aliter, atque nonnulli faciunt, explicanda esse cen-

I. controversia.

seo. I. De necessitate sic doceo: Deum quidem pro suprema sua potestate,
quam habet in omnia, jure posse peccata condonare absque satisfactione seu compensa-
tione; voluisse tamen in salute nobis concedenda Christi Satisfactionem in-
tervenire, tum aliis ob causas, tum vero imprimis, ut odium & iram suam adversus peccata nobis

Deus jure potest peccatores non punire, si velit.

demonstraret. Unde concludo, necessitatem illam non esse absolutam, sed hypo-
theticam h. e. non pendere ab ipsa Dei immutabili Natura, seu naturali aliqua
proprietate Dei, cui scilicet ipse necessario sit obstrictus; sed à libera ipsius
ordinatione ac voluntate. Fundamenta hujus sententiæ passim in S. literis
& probatis Doctoribus occurrunt. S. literæ docent, Deum justè agere de suo
quicquid velit Matth. 20. misereri quorum velit, punire quos velit Exo. 33.
Rom. 9. nec unquam abuti supremâ suâ potestate, quum sit justus in omnibus
operibus suis Psal. 145. Docent præterea, Deum ex libera & gratiosa sua
voluntate misisse Jesum Christum, ut esset ἱλασμὸς pro peccatis nostris Joh. 3. 16.
1 Joh. 4. 9. 10. &c. & quoties agunt de Christi pro nostris peccatis præstita obedi-
entia sive passione & morte, toties ad liberum Dei decretum nos revocant.
Unde colligere promtum est, omnem Satisfactionis Christi necessitatem à divina
ordinatione profectam, quæ si voluisset, omnem Satisfactionem omittere jure potuisset,

&

et alios obedientiae ac passionis Christi fines (sunt enim plures illius fines praeter satisfactionem) ad salutem nostram destinare. Sic ante nos docuerunt plerique S. literarum interpretes. August. lib. 13. de Trinit. cap. 10. et seqq. agnoscit, alios liberationis modos Deo possibiles fuisse, nec futurum ipsum contra justitiam aliquid commissurum, si peccata absque satisfactione condonare voluisset: sicut amplius explicant Lombardus lib. 3. sent. dist. 20. et Aquinas parte 3. Summae, quaest. 46. art. 1. et 2. quorum iste etiam rationem a potestate Dei petitam affert, et objectionem a justitia Dei sumptam diluit, ostendens Deum non esse similem alicui judici terreno legibus alienis adstricto, qui non possit culpam absque poena dimittere, sed habere licentiam eamque justissimam ignoscendi quibus et quantum velit: sicut jam olim scripsit Lactantius lib. de Ira Dei cap. 19. Sic Calvinus lib. 2. Instit. cap. 12. §. 1. docet expresse, necessitatem hanc non esse absolutam ac simplicem, sed manasse ex coelesti decreto. Et cap. 17. §. 1. inquit, ordinationem Dei esse primam causam meriti Christi, nec Christum quicquam mereri potuisse, nisi ex mero Dei beneplacito. Musculus vero audacter pronuntiat, impium esse, si quis Deo velit adimere liberam potestatem non puniendi peccata quia scilicet hac ratione futurum sit, ut Deo minus liceat quam nobis, qui et debita jure possimus remittere absque satisfactione, et injurias ab aliis acceptas condonare absque compensatione. Vide eum in locis communibus tit. de gratia Dei, tit. de justificat. §. 3. denique titulo de dominatu ac potestate Dei.

Impium est, hanc potestatem Deo adimere velle.

Quod si quis objiciat, Deum nihil prorsus facere posse contra suam naturam, quum non possit seipsum negare 2 Tim. 2. esse autem natura justum: porro justitiam ejus exigere punitionem ob peccata: unde sequatur, satisfactionem pro peccatis absolute necessariam esse. Respondeo, tertium illud lemma falsum esse: quum Deus non puniat peccata ex necessitate naturalis suae justitiae, sed ex libertate sui arbitrii: quod ipsum arbitrium regula est omnis justitiae, quoties agitur de jure ipsius Dei.

Objectio Piscatoris diluitur.

Error hic natus est ex ambiguitate vocabuli justitiae. Haec enim vulgo solet opponi misericordiae qua Deus peccatoribus parcit: quum revera in S. literis vox justitiae, quatenus Dei proprietatem significat, nunquam misericordiae, sed perpetuo iniquitati seu pravitati opponatur. Id vero quod opponitur misericordiae, in S. literis vocatur Dei ira, indignatio, severitas, vindicta: quae sane nihil aliud est quam effectum liberae voluntatis Dei, sic, ut ipsa quoque misericordia quatenus severitati seu justitiae punienti opponitur. Unde jam efficitur, Deum non esse hic judiciariae justitiae (ut Musculus eam

Vera Dei justitia non opponitur misericordiae, sed iniquitati.

vocat

verat) absolutè alligatum; sed caeterùm tantùm quatenus ipse Deus sponte se verbo suo alligavit. Hinc enim est, quòd S. literae tradunt, Deum misereri quorum velit, punire item quos velit Rom. 9. esse autem tardum ad iram, et multae misericordiae Exo. 34. Num. 14. Psal. 86. et passim alibi: quae certè de essentialibus Dei proprietatibus nullo modo possunt affirmari.

justitia et misericordia, quae inter se opponuntur, sunt effecta, non proprietates Dei.

Nam *Rō 1.* primò, proprietates quae naturaliter in Deo resident non sunt ipsius liberae voluntati subiectae, sed voluntas ipsis potiùs subiecta est: quia Deus contra vel praeter suas proprietates naturales nihil velle aut facere potest. Deinde *2.* non sunt inter se contrariae, quum sit ipsa simplex Dei natura. Denique non *3.* sunt inter se inaequales ratione magnitudinis, quum omnes sint in Deo perfectae et infinitae: sicut videre est in Dei bonitate, potentia, sapientia, aequitate etc. At verò justitia vel potiùs severitas illa puniens et misericordia parcens sunt subiectae voluntati Dei liberrimae: ita scilicet, ut Deus vel hac vel illâ, quoties sibi visum fuerit, liberè ac licitè uti possit. Sunt etiam inter se contrariae: sicut punire ac parcere contraria sunt. Denique ambae sunt finitae seu terminatae, et altera alteri est inaequalis: quum manifestum sit, neutram in omnibus Dei operibus exerceri, et simul constet, latiùs vigere Dei misericordiam parcentem quàm justitiam punientem. Sunt igitur ambo haec libera effecta divinae voluntatis: ac proinde non inferunt absolutam necessitatem.

Deus faciliùs ac libentiùs miseretur quàm punit.

Neque verò putandum est, frustra hanc quaestionem moveri. Agitur enim de gloria liberrimae potestatis Dei, quae valde obscuratur, cùm negamus, Deum jure h.e. absque violatione verae suae justitiae sive aequitatis posse ullum peccatum dimittere impunitum; sicut Musculus prolixè docet: praeterquam quòd sequentes quaestiones nunquam rectè possunt intelligi, non rectè intellectâ priori hac quaestione, sicut deinceps apparebit.

2. controversia.

II. De materia et forma seu modo satisfactionis ita sentio: Jesum Christum toto vitae suae tempore, praesertim verò in cruce, perfectam et gratissimam Deo Patri obedientiam praestitisse, quam ille gratiosè acceptet velut sufficientissimum λύτρον pro omnibus in Christum credentibus.

Christus non sensit aeternam mortem.

Nego autem, Jesum Christum propriè sensisse aeternam mortem, atque inferos damnatorum cruciatus: sicut et nego, Christum solâ morte suâ, videlicet exclusâ obedientiâ sanctae vitae, aeternam salutem nobis promeruisse. Fundamenta sententiae extant Rom. 5.12. et seqq. Phil. 2.4.6. etc. Hebr. 2.14. et seqq. et 5.7.8.9. tum in historia passionis Christi Matth. 26. et 27. quibus locis docetur,

tur. Christum integrâ suâ obedientiâ, vitæ nimirum et mortis, sibi quidem glori-
am immortalem; nobis verò credentibus absolutionem à peccatis et salutem æter-
nam acquisivisse seu promeruisse.: et præterea ejusmodi fuisse Christi mor-
tem, quæ cum æternis et proprijs damnatorum cruciatibus nihil affine habuerit.
Nam, ut de morte Christi tantum agamus, (de qua et sola hîc propriè quæritur)
quis non videt, eam fuisse temporariam, quippe ex qua ipse victor emersit
1 Cor. 15.? Porrò quod temporarium est, æternum profectò dici non potest: quum
hæc necessariò inter se pugnent. 2 Cor. 4. 18. Deinde constat, proprias damna-
torum poenas esse ignem illum inextinctum, et vermem illum nunquam morita-
rum (de quibus videre est Esa. 66. Matth. 25.) immò etiam execrationem
ac rebellionem seu fremitum contra Deum, necnon desperationem de salute
et gratia Dei &c. Quis verò non exhorrescat, ista tam tetra et cum peccatis
necessariò conjuncta supplicia filio Dei attribuere? præsertim quum nul-
lum eorum vestigium in passione et morte Christi appareat. Verum quidem
est, Christi animam gravissimis doloribus velut oppressam fuisse, et angoribus infer-
ni circumdatam &c. Sed ista non arguunt æternam mortem atque mixtos damna-
torum proprios cruciatus. Quare sic statuendum est, passionem et mortem
Christi non quidem ejusdem generis seu naturæ fuisse cum ea quam reprobi
sentient in æternum; sed tamen omnibus poenis nobis ob peccata debitis non modò
æquivalentem fuisse, verumetiam præponderasse: idque tum propter personæ patien-
tis summam dignitatem, tum propter gratiosam Dei Patris acceptationem, quâ
is præstitam illam ab unigenito filio obedientiam pro omnibus credentium peccatis admi-
sit, et in ea prorsus acquievit. Nisi enim hac ratione mysterium hoc expli-
cemus, in multa absurda incidemus. Nam præter illa jam superius dicta neces-
sariò sequetur, Deum non posse jure ab iis, pro quibus Christus omnes conventas
poenas reipsa jam exantlasset, ullas conditiones fidei aut poenitentiæ exigere, ad
hoc scilicet, ut eis peccata condonet. Non enim potest cuiquam facere injuriam, nec
quenquam privare fructu perfectissimæ solutionis jam reipsa præstitæ. Porrò
fructus perfectæ solutionis est extinctio obligationis, seu liberatio debitoris; qua-
tenus ipsum jus, imò naturam obligationis ac solutionis respicimus. Ita falsum
fuerit, omnes homines esse Dei judicio obnoxios: quod tamen passim legimus Psal.
130. et 143. Job. 9. &c. Ita falsum fuerit, Deum requirere poenitentiam ante
remissionem peccatorum: falsum etiam fuerit, remissionem peccatorum jam donatam saepe
à Deo revocari propter sequentem impoenitentiam: quod tamen utrumque passim in S.
literis traditur. Esa. 1. Ezech. 18. Matth. 18. &c. Sicut paulò post clarius exponemus.

nec proprias damnatorum poenas.

etsi dolores inferni expertus est.

Ejus passio prævalet omnibus peccatorum poenis nostris.

Christi satisfactio non est exigenda ad regulas juris civilis.

Per quod plenè est satisfactum, ibi creditori non est amplius obnoxius.

Quare

Quare concludendum est, ita Christum obedientiâ suâ pro nobis satisfecisse, ut tamen ipse non senserit æternam mortem, nec eas poenas nobis ob pcta debitas, h.e. quas Deus nobis jure infligere posset, si vellet: ac proinde, satisfactione Christi non esse extinctum omne jus Dei, quo ipse nos perpetuo sibi habet obnoxios, nisi imperatas conditiones fidei ac poenitentiæ præstemus. In summa dico, non esse mysterium hoc prorsus exigendum ad regulas juris civilis; sed potius æstimandum esse ex dignitate psonæ patientis, & voluntate Patris acceptantis illam passionem: nec temere nobis definiendum esse, quæ fuerit quantitas ac qualitas poenarum à Christo susceptarum; sed simpliciter phrasin S. Scripturæ esse retinendam.

3. gtropsia.

III. De fructu satisfactionis sive obedientiæ Christi sentio, eum esse remissionem pctorum & vitam æternam: ita nimirum, ut Deus nullis nostris meritis provocatus, ex pura gratia propter meritum obedientiæ Christi pcta nobis condonet & salutem largiatur. Tantum hoc addo ex mente S. Scripturæ, fructum illum reipsa nemini contingere, qui non sit verâ & vivâ fide præditus, ac proinde à pctis ad serviendum Deo vivo conversus. Hoc autem caput in præfatione libri precum copiosè est explicatum, quamobrem idcirco aliquot locis clarius exponam.

Satisfactio Christi non prodest impoenitentibus.

Exegesis quarundam sententiarum, quæ in præfatione occurrunt.

I.ª & præcipua sententia est, duas Evangelii partes poenitentiam & remissionem pctorum ita inter se connexas esse, ut illa isti præeat, ac proinde nullus impoenitens reipsa à pctis absolvatur. Docent hoc S. literæ Deut. 4. & 30. Nehem. 9. Ezech. 18. & 33. Esa. 1. & 59. Act. 3. & 5. & 11. & passim. Promissa enim est remissio pctorum sub conditione poenitentiæ. At præstatio conditionis semper antecedit præstationem promissi. Item jubemur resipiscere & nos ad Deum convertere, ut deleantur pcta nostra. Unde apparet, resipiscentiam habere se ad remissionem pctorum, ut medium destinatum se habet ad finem. Scimus autem media priora esse fine, quem medijs illis obtinere cupimus. Sic probati Dd. nostra & memoria (nam veteres omitto) tradiderunt. Beza epta 20. diserte usurpat verba supra-posita, quod poenitentiam præire remissioni pctorum. Et rursum addit: quia Deus non alios quam poenitentes gratiâ remissionis pctorum dignatur, & tristitia secundum Deum oportet præeat consolationi Spiritus. Calvinus lib. 3. Insti. c. 3. § 19. docet, Christum primò ostendere thesauros misericordiæ Dei, deinde poenitentiam exigere, tum postremò fiduciam erga Dei promissiones. Sic Musculus tit. de poenitentia § 5. ~~& 6.~~ ubique docet, non nisi poenitentibus ad Dei clementiam accessum patere, impoenitentibus autem mera supplicia tandem inferri. Tit. de remissione pctorum § 3. 4. 6. clarius idipsum persequitur, sine vera & constante resipiscentia

poenitentia præit remissioni peccatorum.

ad 1.

2.

NB.

Tertia veniam pctorum nec acquiri nec acceptam retineri, quia ab ipso Deo scilicet promissio veniæ circumscripta sit conditione poenitentiæ. Sic Casparus Olevianus in notis ad Ephes. 5. monet, Deum in dispensatione suæ misericordiæ ac gratiæ non incipere à remissione pctorum, sed à fide & poenitentia sive obedientia. Ubi etiam conqueritur, hanc fere pŕparam esse causam hodiernæ istius dissolutionis, quòd plerique ordinem istum à Deo positum nesciunt, vel saltem negligunt.

Neque tamen hinc sequitur, nos poenitentiâ nostrâ veniam pctorum mereri, vel misericordiæ aut gratiæ Dei aliquid hîc detrahi: quia beneficium non desinit esse gratuitum beneficium, etiamsi non nisi sub conditione detur. Interim fateor, tum demum perfici resipiscentiam nostram, cum jam divinæ gratiæ sensum efficacem percipimus. Tantum hoc volo, eos qui pergunt in sua impoenitentia & hypocrisi, tantisper dum tales esse perseverant, non habere remissionem pctorum.

Cautio.

2a Sententia ex prima sequitur: Preces impoenitentium pctorum à Deo non exaudiri, sed repudiari; nec ipsos quicquam ad salutem petendo à Deo impetrare. Docent hoc S. literæ locis in prefatione citatis Esa. 1. Jer. 11. Prov. 1. & 15. & 28. Joh. 9. Jac. 4. Docent idem recentiores Interpretes. Calvinus lib. 3. inst. cap 20. § 7. 11. 31. inquit, non nisi sinceros Dei cultores à Deo exaudiri; hypocritas autem precibus & sacrificiis offendi potius atque irritari Deum quam placari. Musculus tit. de oratione, quæstione quis sit orandus, idem argumentum latè prosequitur. Nec tamen hic efficitur, absterreri miseros hões à precando: quia solis impoenitentibus exauditio derogatur, magnum vero discrimen est inter pctores poenitentes & impoenitentes. Deinde non exigitur à precante perfecta sanctitas, sed tantum sincera & minimè fucata conversio. Atque ita debet accipi, quod præfatio docet de cordibus per fidem & poenitentiam purgandis, antequam ad thronum gratiæ divinæ accedamus, ut scilicet intelligamus, eos solos, qui sincerè pcta sua coram Deo agnoscunt ac deplorant, eorumque veniam ex fide petunt, exaudiri: sicut videre est psal. 32. & 1. Joh. 1. & 3. & alibi passim.

Deus pctores impoenitentes non exaudit.

3a Sententia est: Veram fidem in Christum non esse absque poenitentia seu nova obedientia, ac proinde falsò ab illis fidem jactari, imò frustra illos sibi gratiam Dei & Christi merita arrogare, qui perpetuò pctis indulgent. Docent hoc S. literæ, quoties salvificam fidem Abrahami & aliorum nobis describunt Hebr. 11. Gal. 5. & 6. Rom. 4. Jac. 2. ubi fides vera dicitur per charitatem operari; ea verò quæ bonis operibus caret, mortua vocatur & inefficax ad salutem. Docent eædem S. literæ fidem in Christum esse ejusmodi fiduciam quæ necessariò ex se pariat obedientiam, adeò ut illam sæpe per istam interpretentur. Vide Rom. 1. & 6. & 10. & 11. 1 Pet. 2. Hebr.

Vera fides non potest esse absque poenitentia.

Hebr. 5. & passim in Evangelio Johannis, ubi tanquam ęquipollentes phra-
ses usurpantur: Credere in Christum, obedire ut obtemperare Christo, ut & obedi-
re Evangelio, servare Christi sermonem &c non quod fiducia idem sit cum
obedientia; sed quod illa sine ista consistere non possit. Hęc totidem pene
verbis passim a Musculo, Calvino & aliis traduntur. Ille tit. de fide §10. sic

fides quaedam inefficax ad salutem.

inquit: Fides inefficax est opinio quaedam, unde nemo servari potest. Effi-
cacia autem fidei consistit in tribus: primo quod veram gignit resipiscentiam,
idque adeo confestim, ut videatur eam nobiscum secum afferre: deinde apprehendit Dei
gratiam & justificationem &c. Denique operatur parem gratitudinem, dilectionem erga
Deum & Christum & proximum &c Et mox subjungit: fidem sine resipiscentia

NB.

tam non esse veram fidem, quam ignis sine calore non est verus ignis. Sic
tit. de dispensat. salutis inquit: Gratia Dei inefficaciter offertur, nisi competen-
ter accipiatur. Accipitur autem audiendo verbum Dei, eique credendo & obedi-
endo. Item: sine obedientia credentis non modo frustra auditur verbum, sed
etiam frustra quod auditum est creditur. Ibidem citatis locis illis Rom. 1. & 6.

vera fides est fiducia qua Christo obedimus.

Gal. 5. 2 Thess. 1. in quibus de obedientia Evangelii agitur, sic concludit:
Sive Apostolus fidem & obedientiam jungat, sive fidem ipsam obedientiam vo-
cet, omnino liquet, fidem nec veram esse nec efficacem ad salutem in iis
qui sic Christo credunt, ut interea sint inobedientes verbo gratię. Sic ille
passim. Iste vero lib. 3. inst. c. 1. §1. docet, nihil nobis prodesse quęcunque Chri-
stus in salutem generis humani et fecit et passus est, quamdiu ipse extra nos est,
nosque ab eo separati sumus, videlicet expertes Spiritus ipsius. Sicut §4. expli-
cat, tantisper nos a Christo alienos esse, dum Spiritu S. et igni baptizemur, &
novę creaturę in ipso fiamus. Cap. 2. §. 8. negat, fidem timore dei va-
cuam, ut a pietatis affectu separatam esse posse: quum necesse sit ut fides
talem amplectatur Christum, qualis a Patre nobis offertur: is vero non
modo in justitiam ac remissionem peccatorum, sed & in sanctificationem nobis offe-
ratur. Addit praeterea hoc argumentum: Fides sita est in Christi notitia. Chri-
stus autem cognosci non potest nisi cum Spiritus sui sanctificatione. Consequitur ergo, fi-
dem a pio affectu nullo modo esse distrahendam. Sic deinde §10.11.12. docet
multos & absque simulatione credere Deum ipsis esse propitium, qui tamen vera
fide careant, & seipsos falsa opinione decipiant. §29.30. ostendit, fidem
respicere omnes verbi Dei partes, ac proinde & jussa dei reverenter excipere &c.
Summa est, eos non credere in Christum, imo ne quidem novisse Christum, qui non

NB.

student ejus praecepta servare 1 Joh. 2. qui non aguntur ejus Spiritu Rom. 8. qui non
Deum

dum facti sunt novæ creaturæ 2 Cor. 5. qui nondum crucifixerant carnem
cum suis concupiscentijs Gal. 5. quibus etiam, si tales manserint, dicturus est

arcta via salutis.

aliquando Christus, Nunquam novi vos Matt. 7. Videatur hoc loco concio Christi
de angusta porta et arcta via quæ ducit ad salutem, deq. salute non promiscuè
oībq. absq. discrimine, sed ijs tantùm q̄ fecerint Dei voluntatem. Logomachias omit,
tamq. et rem ipsam spectemus: ita facilè agnoscemq., veram fidem nullo
modo veram atq. integram esse posse, qdiu abest seria ad Deum conversio. Hoc sca,

18\. se non dubitavit antiquissimus scriptor Irenæus affirmare lib. 4. q̄ Valent. c. 14
Credere Deo et Christo esse voluntatem ejus facere. Nec tamen hinc sequi,
tur, confundi hac ratione legem cum Evangelio. Nam sciendum ē, bona opa non

Diffrēa legis et Evangelij quænam sit.

tantùm in lege, sed et in Evangelio requiri, sicut manifestum est ut ex prima
epistola Johannis et epla Pauli ad Titum, ut alia infinita sacra testimonia
præteream. Differentia autem oīs in eo consistit, quod lex requirit perfectam
et perpetuam divinæ voluntatis præstationem, quæ si vel minima ex parte negli,
gatur, maledictionem æternam minatur: Evangelium autem adhibet ἐπιείκειαν
eamq. geminam, quatenq. peccatoribq. poenitentibus veniam oīm delictorum concedit,
et simul vires ac voluntatem Deo obediendi sufficit. Vide Deut. 27. Levit. 18.
Rom. 3. et 4. et 10. Gal. 2. et 3. etc. Atq. hinc est, quod nemo ex opibq. legis
coram Deo potest justificari, quia videlicet oēs sunt peccatores h.e. legis transgres,
sores: et qa lex instar rigidi exactoris imperat qdem perfectam obedientiam,
sed vires præstandi non largitur. Contra Evangelium requirit veram fidem, et
gratiam credendi atq. obediendi simul concedit: ita ut merito Christus suum jugum

per se simpliciter considerata, absq. intuitu meriti ac dignitatis propriæ

leve et facile vocaverit Matt. 11. 1 Joh. 5. cum Lex Mosis dicatur jugum
intolerabile Act. 15. Quare tantum abest, ut bona opa cum fide pugnent (sic,
ut Antinomi perperam docuerunt) ut et fides sine ijs mortua et inefficax cense,
ri debeat. Alioqui fatendum est, non justificari nos fide, quatenq. operatur; sed tan,
tum quatenus gratiam Dei in Christo Jesu (quâ solâ absolvimur à peccatis) ap,
prehendit: Sic tamen, ut hæc apprehensio sine illa operatione consistere n̄ possit.
Ita Sol terram illuminat, non quà calet, sed quà lucet: et tn̄ hæc lux absq.
illo calore consistere non potest: nec Sol verus est, in quo non utrumq. inest.
Hoc igitur est, quod præfatio diligenter et crebro inculcat, fidem justifican,
tem non posse cogitari absq. resipiscentia, et promissionem gratiæ (quæ est propri,

Sumā Euāgelij seu Novi fœderis, est poenitentia et remissio peccatorum, Luc. 24.

um fidei objectum) non posse firmiter ab impoenitentibus apprehendi: item fœdus gra,
tiæ, quod Deus per Christum nobiscum pepigit, non esse μονόπλευρον, sed δίπλευ,
ρον, h.e. non tantum continere nudam salutis promissionem, sed et præceptionem

pietatis

pietatis seu verae resipiscentiae: item promissionem gratiae omnibus quidem gratiam proponi & offerri, sed reipsa solis poenitentibus ac vere credentibus praestari. Porro omnes boni satis vident, istud doctrinae caput non posse nimium diligenter hoc tam perverso seculo urgeri, quo (ut loquitur Hier. Zanchius lib. 4. de Nat. Dei c. 1. qu. 3) Pseudevangelici abutuntur Dei bonitate, dum in peccatis pergentes de Christi beneficio gloriantur. Neque enim fieri potest, ut hi revocentur ad meliorem frugem, quamdiu persuasi sunt, fidem in Christum, qua sola coram Deo justificamur, nihil aliud esse, quam credere, Christum id omne jam persolvisse quod nos peccatis tenemur, atque ita peccata nostra jam reipsa antequam ad Deum convertamur prorsus esse obliterata. Atque haec paulo latius de vera fide hactenus explicari visum est.

Pseudevangelicorum fides mortua.

4a. Sententia est: Tametsi hominis conversio est opus gratiae divinae, quae hominem nihil tale merentem ultro praevenit ac perpetuo comitatur; tamen nemo invitus ac plane volentis a Deo converti aut servari solet: quin potius homo oblatam a Deo gratiam libere aspernari ac repudiare & potest & solet, ac proinde suae indurationis ac perditionis ipse sibi causa existit. Fundamenta hujus sententiae passim in S. literis extant. Esa. 5. & 65. Jer. 7. Act. 7. & 13. Luc. 7. Matth. 23. Rom. 2. &c. quibus locis docetur, Deum nihil non facere, ut homines resipiscant ac salvi fiant; ipsos vero Spiritui S. resistere, & pro duritie cordis sui divina benignitate abuti, atque ita iram Dei sibi in diebus accumulare. Sic Ezech. 33. 1. Tim. 2. 1. Joh. 2. &c. apertissime docet, Deum quidem non delectari hominum perditione, sed potius eorum salutem expetere, & Christum sufficientem esse victimam pro omnium hominum peccatis: verum culpa ipsorum hominum fieri, quod reipsa nec convertantur nec serventur. Atque hic scopus est propositionis dictae, ne quis vel Deo vel Christo perditionis suae culpam adscribat. Neque hinc sequitur, hominem viribus arbitrii sui seipsum ad Deum convertere: multo minus hinc sequitur, liberam Dei electionem everti. Nam prudenter est distinguendum inter libertatem naturae, gratiae & gloriae; sicut Augustinus & Bernhardus, & ex nostris Calvinus, Musculus & alii observarunt. Habent omnes homines arbitrium liberum a coactione: soli autem renati habent arbitrium liberum a peccato: soli beati liberum a miseria. Itaque voluntas hominis cogi non potest, ut Zanch. l. 3. de Nat. c. 2. qu. 14. ubi diserte etiam addit haec verba: Deus neminem cogit vel ad bonum vel ad malum. Et c. 4. qu. 7. Nemo invitus bene operatur aut servatur. Item: Electi non coguntur ad fidem. Sic Augustin. de gratia & lib. arbitrio: Semper est in nobis, inquit, voluntas libera, sed non semper est bona. Sic Prosper: Spiritus S. mutat non naturam liberi arbitrii, sed qualitatem &c. Et recte nemo

Nemo invitus converti aut servatur.

impoenitentiae ac perditionis culpa non Dei nec Christi est, sed ipsorum hominum.

libertas { naturae / gratiae / gloriae.

NB.

mo ex Evangeliis Dd. aegram aliter sensit, etsi quidam deteriores [illegible]

Enthusiastae. vias sibi usurparunt. Soli Flaciani et Enthusiastae putant, Deum ita in homine operari, cum eum convertit, ut invitum subigat, et ignorantem trahat. Quae opinio docte et copiose refellitur in colloquio illo, quod anno 60. habitum est inter Illyricum et Vict. Strigelium. Fateor igitur et glorior in Deo, opus Dei esse mere gratuitum nostram ad Deum conversionem, sicut videre est Phil. 1. et 2. Joh. 6. et 10. et 15. Ephes. 2. et 3. Hoc tamen addo, conversionem illam non fieri in nobis instis[?] ac invitis, multo minus confirmari nos in cursu pietatis absque studio, labore et precibus nostris. Id vero propterea inculco, ne quis preces aut studium nostrum superfluum esse existimet, neque occasionem desidiae ac securitatis ex doctrina gratiae divinae arripiat; denique ut impoenitentibus omnibus excusatio adimatur, quasi Deus in culpa sit, quod minus ipsi convertantur. Nam etsi Deus omnipotens est, et serio vult omnes salvos fieri quosvis vocat ad salutem, non vult tamen quenquam invitum convertere aut servare: ita ut hic locum habeat illud poetae, Invitum qui servat, idem facit occidenti. Et haec quidem hactenus de conversione dicta sint. Plura quidem explicari potuerant, sicut et alias a me factum est: Sed haec satis erunt omnibus non contentiosis. Unum addo, quod alibi copiosius sum testatus, me per totum mei muneris ad [illegible] finem curare, ut Deo et Christo sua gloria maneat illibata, utque homines ad studium pietatis excitentur, atque ita perpetuam immortalitatem consequantur. Quare ego quidem eos reminisse de rebus litigavero, si modo haec, quae in scriptis sunt testatissima, salva ma-

1. neant: Deum utpote supremum Dominum habere liberam et justam potestatem de suo agendi quicquid velit, ac proinde donandi, condonandi, peccatores puniendi ut dimittendi

2. impunitos. Item, Deum esse justum in omnibus suis operibus, ac proinde tam in exercenda misericordia seu gratia, quam ira seu severitate; nec unquam cuiquam facere in-

3. juriam: Item Jesum Christum non sensisse aeternam mortem, nec desperasse de salute, nec alias ejusmodi corporum[?] proprias poenas sustinuisse; sed integra sua obedi-

4. entia veniam peccatorum et salutem nobis promeruisse: Item, requiri in nobis veram et vivam fidem (quae absque poenitentia esse nequit) priusquam reipsa a peccatis absolvamur, et spem vitae aeternae percipiamus. Si haec, inquam, salva maneant, de aliis non est magnopere laborandum. Oro autem Deum, ut omnibus nobis largiatur animos non minus pacis quam veritatis studiosos, qui nihil aliud quam ipsius gloriam et hominum salutem spectent.

Finis.

[Margin notes:]
Hominis conversio est opus Dei mere gratuitum.
Deus tamen non vi, qui hominis voluntatem, sed liberam relinquit.
Protestatio.

S. Remitto Magnif. Tuae Epistolas, quas relegi. Nam scripti
alterius legendi et describendi tempus nondum habui. Jam in
eo sum: et dabo operam ut hodie perficiam: et remittam.
De negotio illo personali, cum nihil videam quod responsio-
nem desideret, praeter modum agendi, per colloquium an-
ne, an per scripta melius res agi possit, puto tamen facile
esse Magnif. T.ae respondere, Primum quidem, Mag.
Tuam de eo non contendere, si non partibus persuaderi possit,
ut de alterutro modo consentiant, idque eam operam daturam: Secundo, si hoc impetrari non possit, ut de ista quaestione
per omnia consentiant, tamen, cum non sit quaestio de fun-
damento doctrinae Christianae, hoc ab utraque parte non
nimis esse petendum, ut Schismate propter hanc dissensionem non
turbent Ecclesiam, sed ad fraternam coniunctionem ~~[illegible]~~
sarciendam, utrique sint parati; et ea quae neque
iniquum, neque grave, neque contumeliosum cuiquam
sit facere, non invicem faciant: Apud utramque hoc
operam dari: illos debere ~~ita~~ hoc admirare etc.

Mag. T.

Observantiss.

Zach. Ursin.

Generoso & Illustri Dn. Ludovico à Seine,
Comiti in Witgenstein etc.
Dno suo omni subiectione
colendo.

3

Variae Epistolae doctor[um]

Helv.
Trai.

Religionis et ecclesiasticae disciplinae formula non omnibus Ecclesiis una obtrudenda.

Quia pro libertate omnia omnibus: Ecclesiae se accommodabat.

~~Fractio~~

De Azymis. Rectius: propter primam coenam: propter significationem [symbolicationem]. Et paulo ante, esse azyma. Tamen argutum in prima Coena non urgendum: quia propter festum azymorum. An alio tempore Christus et Apostoli servaverint, incertum: Adiaphorum: quia nullum mandatum.

Fractio panis necessaria, quia imperatur et habet significationem expressam a Paulo. Coena igitur sine ea non rite servatur. Ubi negligitur, Coena constet, et sine fraude desiderantium fractionem: sed non sine defectu et vitio aliquo.

Nec P. Martiris autoritatem.

~~Agitur a pluribus: Fractio panis dicitur, quia Hebr. phrasis, fractio panis pro distributione sumitur.~~

Disciplinae praecipuum Caput Exclusio a Coena.

Respondeo. Non est: Sed admonitio ad poenitentiam, ~~cum~~ scilicet ... a Christo praescriptos: denunciatio ~~et~~ exclusionis a regno Christi. Atque hanc consequitur exclusio a Coena. Qui alienus ab Ecclesia, non pertinet ad hanc Coenam.

~~Certo tempore praescribi, quod debeant abstinere a Coena~~

Periculum tyrannidis. Respondeo. Si penes ministros. Sed illis non est concedi ut contra Ecclesiae consensum faciat.

Certum tempus praescribitur quod abstineat a Coena. Respondeo. Item. Sed quamprimum agit poenitentiam, Ecclesia debet eos admittere. Nisi manifesta sint signa libidinis et perseverantiae in peccatis contra conscientiam. Atque debet minister [concordi] contra Ecclesiae consensum differat admissionem.

Debere Senatum Ecclesiasticum esse, qui excommunicet. R. Hoc adiaphoron. Sive sint personae seorsim hoc officium habentes, sive magistratus aut alii cum ministris, sive tota ecclesia, si sit tam parva, ut possit simul exsequi: modo sit aliquis exsequendi.

Quod si tamen in magna Ecclesia cumulus aut numerus est vel rectis [illegible], tamen illi non debent habere potestatem excommunicandi sine consensu maioris aut potioris partis, aut eorum, quorum adversatio posset schisma facere in Ecclesia: ut magistratus, principes, ministri aut alii autoritate in Ecclesia praediti.

Consistoria seu iudicia Ecclesiastica esse, non tantum propter mores, sed etiam propter doctrinae puritatem et consensum, ad ordinem alium et decorum Ecclesiasticum conservandum et utile.

Senatum hunc etiam principes oportere esse subiectos) R. Recte intelligatur, scilicet non nisi quatenus volunt, si nolint ei parere, non debet habere potestatem quod eos coercendi: Etsi quando opus est, ministris non tantum licet, sed etiam necessitas incumbit eos monendi, sive adiunctos habeant aliquos, qui ipsos iuvent in his monitionibus, sive non.

Cena ad distractionem usurpatur) Scilicet, si arceantur membra Ecclesiae: et exclusio fiat ab aliquibus contra Ecclesiae voluntatem, cum schismate. Sed non fit hoc, quando consensu Ecclesiae aliqui iudicati ex verbo Dei arcentur.

Debet quisque seipsum: non impuritate in conscientias) Hoc primo: etsi est iniustitia in conscientia, aut probatio accedat: sed discretio Ecclesiae ab iis qui sua confessione se ostendunt alienos ab Ecclesia, sive velint, sive non velint ei assentiri. De manifestis iudicat Ecclesia secundum verbum. Militat autem cum [illegible], qui aliquem excludere sive [illegible] in manifesto errore aut [illegible]

Peccator penitens nō arcendus) Sine dubio. Sed
Ecclesia nō arcet nisi contumaces et abnegantes penitentiā
et fidē. Ideo militat pro, tū quia arcetes eos
[illegible] permittit emendationi.

Duo magistratus erunt in politia ecclesia, Alter alterum impediet)
Nega Conseq: quia ~~cognitio~~ iudicia et magistratus ~~diversa~~ sunt
distincta in Ecclesia et politia. Magistratus disciplinā
externam et pacem ~~[illegible]~~ tuetur poenis politicis. Ecclesia
penitentiā et salutem peccatorū nō vi corporali aut poena
politica, sed verbo Dei et denunciatione iudicij divini
adversus contumaces: sive puniat sive nō puniat magistratus.
Iuvant igitur sese, nō impediunt mutuo haec officia.
Militat vero pro conjunctes haec officia.

Fiet tyrannis) Sic, si permittatur ministris, ut suo
aut ~~[illegible]~~ assessorum iudicio pro consensu Ecclesiae excludant
sicut Veteres ~~[illegible]~~ Episcopi et papa ad se rapuerunt
excommunicationem, male. Militat igitur pro, quod
liberius ministrorum excludendi quos volunt: sine
limitatione et sine astrictione iudicij ipsorum ad ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ ~~Ecclesiae~~ potiorem; ut nihil possit hac dissolute.

Iussus abstinere spectata probitate et pietate viros, qui nunquam rescire
poterunt cur interdicti) Fallacia accidentis. Male. Hoc nō quilibet.

Propter conflicta morum et imperium pastoris vir pius abstinebit?) Non. Sed palam blasphemus et impius
abstinebit propter mandatum Christi et iudicium Dei et
Ecclesiae ex verbo Dei, de ipso: et propter suā ipsius
salutem.

Si magistratus nō faciat officium, per alios senatus iurisdictio
ne cogendos) Non cogendos: sed monendos: neque excommunicandos, nisi ultro se ~~[illegible]~~ subijciat. Propter schisma vitandum, et quia desiderium ministri consensu
[illegible] requirit ad exequendumque. Si magistratus ipse
sit flagitiosus et repugnat, [illegible] [illegible] [illegible]

habere aut exercere, quia deest consensus superiorum membrorum in Ecclesia.

Hoc sunt Excommunicati (Ethnici) i. Sacerdotes Oziam regem sacrificantem & percussum lepra, arcent a templo & ~~[illegible]~~ pariter a sacris: non tamen propter contagionem morbi, ut nunc etiam arcentur leprosi, sed propter legis violationem. 2 In Veteri Testamento contumaciter violantes legem, nec audientes sententiam Ecclesiae, iubebantur tolli e medio. Rex autem non habebat superiorem magistratum: ideo non poterat a populo aut inferioribus magistratibus puniri.

~~[illegible]~~

Aliam esse rationem Ecclesiae Apostolicae at nostrae habentis Christianos magistratus & nostrorum [?], ideo [?] non opus esse Senioribus.) Correctio, non opus esse senioribus, qui obeant partes magistratus inter fideles in causis ~~[illegible]~~ seu litibus forensibus diiudicandis: de quibus 1 Cor. 6: Sed in studio sanandi & revocandi ad poenitentiam errantes in doctrina aut moribus, non est dissimilitudo. Hoc enim officium Ecclesiae non tollere sed potius adiuvare & stabilire debet magistratus Christianus.

Rogo Ursine ut epistolam meam inspicias & emendes, ne quid temere effutiam, quod teneros aures offendat. Vale & remitte. hodie enim nuntio tradenda.

Ludovicus

Generosiss. Comes, nihil, pro mei iudicii tenuitate video, quod in hac Epistola quenquam offendere possit: cum nemo in ea gravetur. Puto etiam satis responsum esse ad ea, ad quae G. M. T. voluit nunc respondere: nisi fortè ~~videatur~~ in fine paucis verbis haec obiectionis praeoccupatio adiicienda videatur: Etsi ipse ~~dicat~~ iudicet alios ~~occasio~~ causam offensionis praebuisse: tamen illos idem de ipso iudicare. Cum igitur illi sint ad reconciliationem parati, aequum videri, et ipse quoque aliquid condonet paci & saluti publicae, & pacem cum illis faciat.

1

3